



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 114. Hispaniæ Rex a Papa ad bellum Elisabethæ inferendum sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

§. CXIII.

A.C. 1587.

~~GRANDI-PRINCIPALIS~~*Exequiæ solennes Parisiis pro Scotiæ Regina celebratæ.**Tuan. l. 86.  
Journ. de  
Henri III.  
t. 1. p. 89.*

Galliarum Rex, qui Mariæ Stuartæ vitam ab hostium suorum furore eripere nitebatur, haud parum sese ira commotum exhibebat, eoquod Elisabetha interpositas preces ejus sprevisset, tamque indigne regii nominis Majestatem pedibus calcasset: die autem decima tertia Martii Rex summa pompa in Ecclesia Parisiensi Beatæ Virginis pro Scotiæ Regina exequias celebrari jussit, quibus ipsemet Henricus, Regina, Principes, Regni Proceres, universusque Senatus intererant, ac Reginaldus Belnensis Episcopus Bituricensis oratione funebri in promeritas defunctæ Reginæ laudes excurrebat.

§. CXIV.

*Hispaniæ Rex a Papa ad bellum Elisabethæ inferendum sollicitatus.**Leti l. c. t. 2.  
pag. 149.*

Ceterum quamvis Pontifex Elisabethæ famam publicis populi dieteriis dilacerari sedulo præpediret, clam tamen

---

fus mente revolvunt: *Excidat illa dies ævo,  
nec postera credant sæcula, nos certe taceamus,  
Et obruta multa nocte tegi propriæ patiamur  
crimina gentis.*

men Philippum II. Hispaniæ Regem ad  
 justam de ea vindictam armis lumen-  
 dam animabat, datisque ad eum lite-  
 ris eidem hæc exponebat: „Pietas tua,  
 „ac Religionis studium, animique ma-  
 „gnitudo a te deprecantur, ut haud ultra  
 „toleres, quod unica scemina tibi tot  
 „titulis obstricta erga te ad tantam te-  
 „meritatem, ingratiq[ue] animi imma-  
 „nitatem prolabatur, ut suam auctori-  
 „tatem, & potentiam unice in Catho-  
 „licorum exitium impendat, ac sub va-  
 „no obtentu seditionum, de quibus  
 „hi sæpius falso insimulantur, quin vel  
 „unquam de hoc crimine convinci po-  
 „tuerint, innoxios Christi Sectatores  
 „penitus opprimat, ac ipsamet adver-  
 „sus Sedem Apostolicam rebellionem  
 „adeo apertam concitet: insuper Re-  
 „gis Catholici nomen, quo omnibus  
 „Christianis Principibus præfulges,  
 „necnon pietas erga illam gentem, cui  
 „ipsum per aliquot annos supremo im-  
 „perio præfuisse, sane te permovere de-  
 „bent, ut de atrocibus injuriis, quibus  
 „Catholici, veraque Religio in Anglia  
 „divexantur, tandem æquam ultionem  
 „deprecas, nec ipse ego suppeditan-  
 „dis belli sumptibus deero. „

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1587.